

sulfossusve monument[um]ve²⁶ factum illatave ossa propius [p(edes)] m(ille) pon[e] | ve[l] ant[e] qui[d]v[e]l²⁷ factum fuerit [ñ] iis²⁸ pomariis et locis et s[a]eptis eorum, que[m]-(30)admodum supra scripsi, Sex. Iul. Sex. Iuli Aquilini fil. Aquila²⁹ et h. h.q.³⁰ eius, | s. s. s.³¹ [si per eum eosve steterit, quod]³² ita factum non fuerit adversusve aliquit factum fuerit, aut non caver[unt] | ab herede heredibusque suis, ut ita omnia serventur, quemadmodum s. [s., d. d.] | d. e. s. [r.] public.³³ civitatis Ling.³⁴ HS n. C³⁵. Haec poena omnibus domini[s] | huius possessionis in perpetu[m]^{36a} inferatur³⁶. Omnes autem liberti mei et liber[tae], | (35) quos et vivos et quos hoc testamento manumisi, stipem conferant | quot annis singul[i] nummos . . . Et³⁷ Aquila nepos meus et [h.³⁸ eius] pr[ae]este[t] quot anni[s] n[on] nummos . . . | ex quibus edulia [quasiq. sibi]³⁹ paret et potui, quod profan[e]tur⁴⁰ infra ante ce[l]lam memoriae quae est Litavicrari⁴¹, et ibi consumant⁴² | morenturque ibi donec eam summam consumant. Vicibus ex se cura[-](40)tores ad hoc officium nominent, qui id officium annu[um]⁴³ habeant habe[ant]que potestatem exigendi hos nummos; mandoque hanc curam | Prisco, Phoebo, Philadelpho, [V]ero; pos[ui]t obitum me]um(?)⁴⁴ [ii] curatoresqu[e] ita nom[in]ati [sacrificent²] quotannis in ara quae s. s.⁴⁵ est kalendis Aprilibus Maiis Iu[n]iis Iuliis August.⁴⁶ Octobri[b.]. Mando autem curam funeris mei [et] exequia[-](45)rum et rerum omnium et aedificiorum monumentorumque meorum Sex. | Iulio Aquilae⁴⁷ nepoti meo et Macrino Regini f. et Sabino Dumnedor[ig.]⁴⁸ | f. et Prisco l. m.⁴⁹ et procuratori, et eos rogo agant curam harum reru[m] | omnium, eorumq. probatio sit earum rerum, quas iussi post mortem | meam fieri. Volo autem omne instrumentum meum quod ad ve[-](50)randum et aucupandum paravi, mecum cremari⁵⁰ cum lanceis glad[i]i[s]⁵¹ | cultris retibus plagis laqueis [k]alamis⁵² tabernaculis formidinibus | balnearibus lecticis⁵³ sella gestatoria et omni medicamento [et] | instrumento illius studi, et navem liburnam e[x] sc[i]r[p]o⁵⁴, ita [ut] in[de] nihil subtrahatur, et vestis polymit. et plumari[ae] quod⁵⁵ . . . , | (55) quidquid reliquero, et stellas omnes ex cornibus alcinis

Apud Lingones Gallos (Langres), provinciae Germaniae superioris, sine dubio rep. (cf. not. 34), sed traditur sine ulla loci indicatione (XIII 5708 semel descripta, quod apographum servavit folium membranaceum saec. X bibliothecae Basileensis, reperit Wackernagel, edidit primus Kiessling programm. univ. Basil. 1865; tractaverunt de Rossi bull. arch. crist. 1865 p. 294 seq.; Huebner ann. inst. 1864 p. 200 seq., repetivit Wilmanns ex. inscr. 345). Versuum divisio ignoratur (indicavi et numeravi versus codicis). — 1) Apparet superesse haec ex testamento quod in lapide iuxta sepulcrum incisum fuisse putandum est. De tempore cf. not. 29. — 2) loco inseruit Mommsen. — 3) ubi traditur. — 4) altam traditur. — 5) Pedes. — 6) legitica traditur. — 6) Paria cenatoria. — 7) & abollet II tunica traditur. — 8) cl. udaturq., correctum ex claudaturq., ms. — 9) Idem etiam infra memorantur (v. 42). — 10) si quid, 11) aliove ms. — 12) Denarios triginta (XXX traditur). — 13) Heredes. — 14) iii scribanturq. traditur. — 15) Magistratum.*